



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 144. Larachium ab Hispanis secundo Marte expugnatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

nista tam egregie depexus, ut non mo- Sæc. XVII,  
do Marchio in fide Orthodoxa, quam A. C. 1610.  
non ita pridem amplexus erat, firma-  
retur, sed etiam ipse, ac ceteri Præ-  
cones, qui suppetias laboranti ferebant,  
nil promptum, paratumque haberent,  
nisi quod Marchionem de partium stu-  
dio accusarent. Obiit Pappus die de-  
cima tertia Julii. Plures illius lucu-  
brationes existant, quos inter celebrior  
est ejus *Epitome & Ecclesiastica Historia*  
*de conversione Gentilium, necnon descri-*  
*ptiones Germanicæ veteris, & omnium Re-*  
*gum & Prophetarum populi Judaici: Po-*  
steris quoque reliquit disputationes in  
Augustanam confessionem, & concor-  
diæ formulam, item *Parva Biblia, Ho-*  
*miliæ Academicæ, & Hypothesin doctri-*  
*næ Christianæ* præter alia nonnulla.

§. CXLIV.

*Larachium ab Hispanis secundo Mar-*  
*te expugnatum.*

Dudum atrox bellum fervebat inter *Ferreir.*  
tres Principes Nazari Maroccii & *Cont. t. II.*  
Fezzæ Regis Filios, quos inter Sida- *art. 2. §. 97.*  
nus Bucarum, & Xequm fratres suos *Merc. Gal-*  
prælio vicit, solus Patris sui Regnis po- *lobeig an-*  
titus. Nullum aliud calamitatis re- *nal. t. 6. l. 4.*

Pp 5 medium

Sæc. XVII. medium Xequo supererat, quam Phi-  
 A. C. 1610. lippus III. Hispaniæ Regis clementia,  
 qua etiam impetrata Rex Xequo bis  
 centies mille aureos numerari iussit,  
 ea lege, ut in Africam trajiceret, suo-  
 rumque Amicorum, quorum numerus  
 & potentia haud spernenda erat, ope La-  
 rachium, quod antea Regi promiserat,  
 unacum finitimis locis sibi subiceret.  
 Nec conatui prosper defuit successus;  
 quippe brevi temporis intervallo urbem  
 & arcem, & circumvicina loca in suam  
 potestatem redegit, moxque de victo-  
 ria Regem certiores fecit, qui milibus  
 pluribus navigiis numerofo milite in-  
 structis, ductore Joanne de Mendoza  
 novæ hujus felicitatis possessionem ac-  
 cipere maturabat; Jamjam classis haud  
 procul ab Arcilla urbe in anchoris hæ-  
 sit: interea vero Xequus, quoniam La-  
 rachiensibus suam de urbe Hispanis  
 tradenda consilium aperire haud præ-  
 sumeret, quod iussis ab eo obtinere de-  
 sperabat, incusso timore extorquere  
 nititur, ac præprimis neglecti mandati  
 sui obtentu Urbis Præfectum capite  
 plecti jubet, postea suis Hispanorum  
 suppetias admodum vicinas esse signi-  
 ficat, quo comperto potissimi ad Xe-  
 qui nutum obsequebantur. Sublatis  
 igitur omnibus obstaculis die vigesima  
 No.

Novembris classis in conspectum arcis Sæc. XVII.  
 Larachinæ venit, ubi Sancti Germanii A. C. 1610.  
 Marchio suos de expeditione adhuc  
 ignaros edocuit, pollicitus, quod juxta  
 Xequi promissa hæc urbs adhuc hodie  
 in Hispanorum potestatem innoxie ven-  
 tura esset, proin bellum se incolis illa-  
 turos simularent, neminem autem, nisi  
 resistantem læderent. Verum vix in  
 lætitiæ signum Hispani aliquot expló-  
 ferant tormenta, cum ipse Alcalda no-  
 vus Urbis Gubernator claves Marchio-  
 ni offerret, quo factó, Hispani toto im-  
 petu in urbem irruentes, omnia urbis  
 loca occupant, civesque, qui concur-  
 satione facta Hispanos aggrediebantur,  
 prælio ad tertiam horam protracto  
 repellunt, fugant, cæduntque: capta  
 igitur urbe Marchio Hispaniæ Regis ve-  
 xillum arcis imponit, relictoque valido  
 præsidio in patriam reversus, cum in-  
 genti totius Nationis lætitia excipitur.

§. CXLV.

*Cæsaris Baronii Cardinalis epistola  
 Parænetica ad Venetos.*

Fervente dissidio inter Paulum V. &  
 Venetos, cum plurimorum calami-  
 tam in tuenda Pontificis jurisdictione,  
 quam